



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

D. Constantini Caietani, Siculi Siracusani, Monachi Catanensis S. Nicolai de Arenis, Congreg. Casinensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38372

D. CONSTANTINI CAIETANI,
Siculi Siracufani, Monachi Catanensis
S. Nicolai de Arenis, Congreg.
Casinensis.

In Auctoris, Operisque commendationem,
Carmen.

H Lorentem ITALIAE sobolem, & mo-
numenta verusti
Ordinis, egregiosque ausus, ARNOL-
DE, subauras


Profer age, & pulchras caeli spirabilis oras.
Nec patere eximiorum operum, & decora alta parētum
Nocte premi, angusti vè arceri finibus orbis.
Canitie reuerenda sua quod nostra precatur
Religio supplex, alacri transmitters cursu
Trans Indos, transatque Noui spatia Ultima mundi
Aggredere auspicijs Aquila, dextroque PHILIPPO.
Quod latè imperium Sol lustrat, et AVSTRIA proles
Iustitia frænat nostram toto ordine gentem,
Illustresque animas recolat, quas ITALIA tellus
Heroum fecunda parens, Europaque tota
Flos orbis dedit in lucem. Instaurata tuorum,
Erüerat quæ longa dies, agnosce trophæa,
O cæpti, BENEDICTE, O Sanguis ANICIVS auctor.
Vt pulchram ad laudem patriæ virtutis amore,
Maîte nouis ARNOLDE animis, generosa tuorum
Pectora succendes, siue hi cunabula gentis,

Et

Et laetos incrementis felicibus ausus,
Seu quos insignis pietas, & nobilis oti
Extulit in Caelos Studium, seu purpura PETRI
Picta auro, & permagnarum moderamina rerum
Ore legant auidi, tacitoque in pectore voluant.
Has olim illustres inter celebrabere palmas,
Care ARNOLDE, mihi sancto quem fœdere iunxit
Militiæ communis amor, laudatæque vita;
Ac nomen ventura tuum venerabitur ætas,
Insignis quod iam bello, & pietate PHILIPPVS
Terrarum Imperijs, tua virtus terminat Astris.

Eiusdem ad Librum Epigramma.

SI quid abire valet tutum quocunque volumen
Ne quis obesse patri Zoilus ore queat;
Tu bone terrarum securius, atque locorum,
Omnibus esse potes gratus ubique liber:
Namq; Patrum memoranda tenes, Regumque, virumq;
Ac Diuum peperit quos sacra Relligio:
Qua pius instituit BENEDICTVS, qua sacer ordo
Eius habet, docta concinis arte codex;
Perpetuo superis acceptus habebis ævo;
Nædum sub cælo, sic ubi proficies;
Exigitur, cunctis placeas, nullumque verere,
Archilocum temnas, qui benedicta referes;
I cito, pande melos, suavem diffunde liquorem;
Quem Pater ARNOLDVS legit ad instar apis.



Ad